

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum moueatur a corpore cælesti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

quod aliud est loqui de voluntate, & aliud de voluntate vt à voluntate applicata se ipsam ad volendum. Ad olitio .m. nil aliud dicit, nisi operatione voluntatis, qua voluntas & certum est, q ad volendum sufficit voluntas cum obiecto.

ter addere, quod nullam conferat vim patiens: quod non contingit, dum voluntas ab exteriori mouetur: nam ipsa est quæ vult, ab alio tamen mota. Esset autem motus iste violentus, si esset contrarius mortui voluntatis: quod in proprio sito esse non potest: quia sic idem vellet, & non vellet.

*In ser. 31.

AD TERTIVM dicendum, quod voluntas quantum ad aliquid sufficienter se mouet, & in suo ordine, scilicet, sicut agens proximum: sed non potest leipsum mouere quantum ad omnia, ut * ostensum est. Vnde indiget moueri ab alio, sicut a primo mouente.

ARTICVLVS V.

*Vtrum voluntas moueatur à corpore
célesti.*

AD Q V I N T U M sic proceditur. Videtur, quod voluntas humana à corpore coelesti mouatur. Omnes enim motus varij, & multiformes, reducuntur sicut in causam, in motum uniformem, qui est motus cœli, ut probatur octauo † Physicorum. sed motus humani sunt varij, & multiformes, incipientes postquam prius non fuerant. ergo reducuntur in motum cœli, sicut in causam, qui est uniformis secundum naturam.

¶ 2 Præt. Secundum Augustin.in
3.* de Trinit. Corpora inferiora
mouentur per corpora superio-
ra: sed motus humani corporis,
qui causatur à voluntate, nō pos-
et reduci in motum cœli, sicut
in causam, nisi etiam voluntas à
cœlo moueretur. ergo cœlum
mouet voluntatem humanam.

¶ 3 Præterea. Per obseruationem
cœlestium corporum Astrologi
quædam vera prænunciant de hu-
manis actibus futuris, qui sunt à
voluntate: quod non est, si cor-
pora cœlestia voluntatem homi-
nis mouere non possent. moue-
tur ergo voluntas humana à cœ-
lesti corpore.

SED CONTRA est, quod †Dama, dicit in 2. libr. quod corpora celestia non sunt causa nostrorum actuum: essent autem si voluntas, quae est humanorum actuum principium, à corporibus celestibus moueretur. non ergo mouetur voluntas à corporibus celestibus.

S E D C O N T R A est, quod † **D a m a**, dicit in 2. libr. quod corpora celestia non sunt causa nostro ratione actuorum: essent autem si voluntas, que est humanorum actuum principium, à corporibus celestibus moueretur. non ergo moueret voluntas à corporibus celestibus.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod eo modo, quo voluntas mouetur ab exteriori obiecto, manifestum

R E S P O N. Dicendum, quod eo modo, quo voluntas movetur ab exteriori obiecto, manifestum

A est, quod voluntas potest moueri a corporibus coelestibus, in quantum scilicet corpora exteriora, quæ sensu proposita mouent voluntatem, & etiam ipsa organa potentiarum sensituarum, subiecta motibus coelestium corporum. Sed eo modo, quo voluntas mouetur, quantum ad exercitium actus, ab aliquo exteriori agente, adhuc quidam posuerunt corpora coelestia directè imprimere in voluntatem humanam: sed hoc est impossibile. Voluntas enim, ut dicitur in 3. de anima, * est in ratione. Ratio autem est potentia animæ, non alligata organo corporali. Vnde relinquitur, quod voluntas sit potentia omnino immaterialis, & incorporea. Manifestum est autem, quod nullum corpus agere potest in rem incorpoream, sed potius contraferso, eo quod res incorporeæ & immateriales sunt formalioris, & vniuersalioris virtutis, quam quæcunque res corporales. Vnde impossibile est, quod corpus coeleste imprimat directè in intellectum, aut voluntatem. Et propter hoc Arist. in lib. * de anima, recitans opinionem dicentium, quod talis est voluntas in hominibus, quemadmodum in eis inducit pater Deorum, virorumque, scilicet Iupiter, per quem totum cœlum intelligunt, attribuit eis qui ponebant

D intellexum non differre a sensu. Omnes enim vires sensitivæ, cùm sint actus organorum corporalium, per accidentem moueri possunt a cœlestibus corporibus, motis, scilicet corporibus, quorū sunt actus: sed quia dictū est, quod appetitus intellectivus quodammodo mouetur ab appetitu sensitivo, indirecè, redundant motus cœlestium corporum in voluntatem, in quantum scilicet per passiones appetitus sensitivi voluntatem moueri contingit.

E AD PRIMVM ergo dicendum, q
multiformes motus voluntatis hu-
manæ reducuntur in aliquam cau-
sam uniformem, quæ est in intelle-
ctu, & voluntate superiori: quod
non potest dici de aliquo corpo-
re, sed de aliqua superiori subsan-
tia immateriali. vnde non opor-
tet, q motus voluntatis in motum
cœli educatur, sicut in causam.

AD SECUNDUM dicendum, quod motus corporales humani reducuntur in motum celestis corporis, sicut in causam, in quantum ipsa dispositio organorum coegerat est ad motum aliquatenus ex impressione celesti.

*Apparea cessante in
pedimento, graue ex-
appetitu accepto mo-
uerat deorsum, &
qui cedit ibi: ita geni-
tior voluntate dat ei
naturalē inclinatio-
nem in bonum, ita q̄
proposito per intel-
lectum bono absque
impedimento, volūta-
tis tēdit in illud actū
elictio, qui est volūti-
o. Et hic actus di-
citur eisē ab exteriori
ri agēte, ea ratione,
qua motus grauis al-
generante dicitur, &
merito: quia ad hūc
actū voluntas non
concurrit vt propter
finē agens, sed vt ad
finē tendens ex direc-
tione superioris a-
gentis, ordinantis ipa-
lam in hoc. Et propter
huc actus licet: sit velle, & volū-
tatis, & à voluntate,
vt eliciente actū: nō
rū est voluntarius: qa-
nō est a volūtate, vt
applicare se ad volū-
tandū, sed naturalis:
quia dator nature ap-
plicat ipsam mediai-
te inclinatione data
ad volūendum. Opor-
tet enim, vt in litera
dicitur, dari proces-
sum in infinitū in vo-
lūtarijs, nisi deuenia-
tur ad unum nō no-
lūtariū, sed natura-
le actū voluntatis,
in quo sit statutus:*

¶ Super Questionis
nona articulum
quintum.

In corpore quinto articuli dubium occurrit. Quare res immaterialis, formalis, & uniuersitatis naturae, & virtutis, q[uod] si corpus potest directe moueri a corpore, ut ab obiecto: & non potest moueri ab eo, ut a motore ad exercitium. Sicut enim ad primam motionem sufficit in mouente maior nobilitas finis q[ui]d, ut in hac questione, articulo ad primum dicetur, ita in secunda: ut patet ex hoc, quod voluntas mouet intellectum ad exercitium: & tamen apud Diuum Thom. est secundum quid tantum nobilis intellectu. Et rursus ratio assignata in litera non minus excludit primam motionem, quam fecundam. Ex hoc enim quod manu[m] facit.

* Text.4.to-
mo 2.

* Lib. 2. Tex.
159, 159, 2.

• 8-8 शिव
१३८-१.५९७६
१.२२८-२०१.८
२.११८-४३
२.३३८-१.८३११
२८८.६३०६८
१० रु.१०.६४
दम रु.२१७
१.२१७४-१.८
१०.१०.१०.१०८
१८.१०.१०.१०८
१८.१०.१०.१०८

3d mens est fo
D. — 112

QVAEST. IX.

malioris, & uniuersalioris virtutis, quā corpus, excludatur paixia a corpore non solum ut effectu, sed etiā ut a formalī principio, qđ est excludere motionē ab eo per modum obiectū, ut in 1. arti. huius qđ dicitur est.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, qđ secundū ueritatē neutrō modo corpus pōt agere in rem immaterialē propter rationē al-

latā, & plures alias, quas uide, si uis, in 3. & 8. contra Gent. c. 84. & 85. Vnde & in prima parte dictū est, & declaratum, qđ phantasmata nō nisi facta in actu lumine intellectus agentis, posunt mouere intellectum. Et vique adeo diuinus Thom. in questi. 84. arti. 6. hoc ponderauit, vt concluderet, qđ tota cognitio sensibilis, vique scilicet ad cogitatiūm inclusuē, non est causa intellectus nostrī, sed est materia causae, sci licet intellectus agētis. Ratio autē quare conceditur & hic, & alibi, qđ voluntas, seu intellectus, mouetur ab exteriori tantum obiecto, & non tanquam a motore ad exercitium, est, quia ad mouendum obiectū exteriora concurunt, & si non sufficienter, tamē inchoatiū mediare, & vt materia obiectū. Ad mouendum autem ad exercitium, nullo modo concurrunt ex parte motoris ad exercitium. Est enim talis motor solus Deus cū ipsa voluntate, vt in quāstionē pater,

Art. 2. huius q. & p. p. 80. & 81.

Par. a principiis libri. Cap. 17. c. 1. - cap. 18. 3. ¶ Super Questionis nomine articulūm sexūm.

Infra q. 80. artic. 1. Et 1. q. 105. art. 4. & q. 111. art. 2. Et 3. contra c. 88. 89. 91. & 92. pri. Et mal. q. 3. artic. 3. eor. & q. 16. art. 5. cor. & ad 13.

Cap. 4. de diuinō. nō re more a principio. Hoc enim licet ve-

corporum, & in quantum etiam appetitus sensitius cōmouetur ex impressione cœlestium corporum: & vterius in quantum corpora exteriora mouentur secundū motum cœlestium corporū, ex quorum concursu volūtas incipit aliquid velle, & non velle: sicut adueniente frigore incipit aliquis velle facere ignē: sed ista motio voluntatis est ex parte obiectū exterioris presentati, non ex parte interioris instinctus.

AD TERTIUM dicendum, qđ sicut * dictū est, appetitus sensitius est actus organi corporalis. Vnde nihil prohibet ex impressione corporum cœlestium aliquos esse habiles ad irascendū, vel concupiscendū, vel aliquam huiusmodi passionem: sicut & ex complexione naturali plures hominū sequuntur passiones, quibus soli sapientes resistunt. Et ideo, vt in pluribus, verificantur quae pronuntiantur de actibus hominum secundū considerationem cœlestium corporum. Sed tamen, vt Ptolemaeus dicit in * Cœtiloquio, Sapiens dominatur astris, scilicet, quia resiliens passionibus, impedit per voluntarem liberam, & nequaquam motui cœlesti subiectam, huiusmodi cœlestium corporum effectus: vel, vt * August. dicit 2. super Genes. ad literam, fatendum est, quando ab Astrologis vera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quæ ne-scientes humanæ mentes patiuntur: quod cum ad decipiendum homines sit, spirituum seductorum operatio est.

ARTICVLVS. VI.

Vtrum voluntas moveatur a Deo solo, sicut ab exteriori principio.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, qđ voluntas non a solo Deo moveatur, sicut ab exteriori principio. Inferius enim natūrā est moueri a suo superiori, sicut corpora inferiora a corporibus cœlestibus: sed voluntas hominis habet aliquid superiorius post Deum, scilicet Angelum. ergo voluntas potest moueri, sicut ab exteriori principio, etiā ab Angelo. ¶ 2 Præt. Actus voluntatis sequitur actum intellectus: sed intellectus hominis reducitur in suum actum nō solum a Deo, sed etiā ab Angelo p. illuminationes, vt * Diony. dicit: ergo eadem ratione & voluntas.

¶ 3 Præt. Deus non est causa nisi

ARTIC. VI.

bonorum, secundū illud Gen. 1. Vedit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Si ergo a solo Deo voluntas hominis mouetur, nunquā moueretur ad malum, cū tamen voluntas sit qua peccatur, & recte vñitur, vt * August. dicit.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Phil. 2. Deus est qđ operatur in nobis velle, & perficere.

RESPON. Dicendum, qđ motus voluntatis est ab intrinseco, sicut & motus naturalis. Quāmuis autē rem naturalem possit aliquid mouere, quod non est causa naturæ rei motæ: tamen motum naturalem causare non potest, nisi quod est aliqualiter causa naturæ. Mouetur enim lapis sursum ab homine, qui naturam lapidis non causat: sed hic motus non est lapidi naturalis: naturalis autem motus eius non causatur nisi ab eo, quod causat naturam. Vnde dicitur in 8. Phycor. * qđ generans mouet secundū locum grauiā & leuiā. Sic ergo hominem voluntatem habentem contingit moueri ab aliquo, qui non est causa eius: sed quod motus voluntarius eius sit ab aliquo principio extrinseco, quod non est causa voluntatis, est impossibile. voluntatis autem causa nihil aliud esse potest, quam Deus. Et hoc patet duplicitate. Primum quidem ex hoc, qđ voluntas est potentia animæ rationalis, quæ à solo Deo causatur per creationē, vt in 1. dictū est. * Secundū verò ex hoc, qđ voluntas habet ordinem ad universale bonum. Vnde nihil aliud potest esse voluntatis causa, nisi ipse Deus, qui est universale bonum.

Omne autem aliud bonum per participationem dicitur, & est quoddam particolare bonum: particolare autem causa non dat inclinationem universalem. Vnde nec materia prima, quæ est in potentia ad omnes formas, potest causari ab aliquo particuliā agente.

AD PRIMUM ergo dicendum, qđ Angelus nō sit est supra hominem, qđ sit causa voluntatis eius: sicut corpora cœlestia sunt causa formarum naturalium, ad quas consequuntur naturales motus corporum naturalium.

AD SECUNDVM dicendum, qđ intellectus hominis mouetur ab Angelo ex parte obiectū, quod sibi proponit virtute Angelici luminis ad cognoscendum. & sic etiam voluntas ab exteriori creatura potest moueri, vt * dictū est.

AD TERTIUM dicendum, qđ Deus mouet voluntatem hominis, sicut universalis motor, ad universale obiectū voluntatis, quod est bonū. Et sine hac universalī motione homo nō potest aliquid velle: sed homo per rationem determinat se ad volendum hoc, vel illud, quod est verè bonum, vel apparentē bonum. Sed tamē interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliquid determinate volēdum, quod est bonum: sicut in his quos mouet per gratiā, vt * infra dicetur.

Q. 109. 8.

Q. 109. 8.